Francia no-
me in Rhi-
tiam & Ger-
mania.

Hibernia

alamannis ſueui · partem germanie
ultra danubium · partem retie inter alpes
et hiſtrum · partemque gallie circa ararim
obſederunt · antiquorum vocabulorum uirtute
ſeruata · ab incolis nomen patrie deri
uemque · et alamannia uel ſueuia nomi
nemque Nam cum duo ſint vocabula vnam
gentem ſignificancia · priori nomine nos
appellant circumpoſite gentes que latinum
habent ſermonem · ſequenti uſque nos nuncupat
barbarorum Ceterumque ſimiliter francos
partes germanie uel gallie · non ſolum
poteſtati · ſed etiam ſuo nomini ſubiugaſſe ·
Et quia prouinciarum deſcriptiones attigimus
liceat paucis hibernie inſule · de qua
nobis tantum decus emicuit · iuxta eoſdem
auctores ſitum comemorare Hibernia
inſula ut ſcribit oroſius inter britanniam
et hiſpaniam ſita · longiore ab affrico
in boream ſpacio porrigitur Hec prior
britannie ſpacio terrarum anguſtior ·
ſed celi ſolisque temperie magis utilis ·
Et ut ſupradictus ſolinus teſtatur · ita pa
buloſa · ut pecua ibi niſi interdum eſtate
a paſtibus arceantur · in periculum agat ſacies ·
Illic nullus anguis · auis rara Quam
horrenda vero ipſe uel alii de moribus inco
larum eius teſtentur · fide chriſti iam lucente
ſuperſedendum eſt · quia ubi abundauit
peccatum · ſuperabundauit gratia Et a ſolis ortu
indis uel ethiopibus uſque ad occaſum · brit
annis uel ſcotis iam laudabile eſt nomen
domini Excelſus enim eſt ſuper omnes
gentes dominus · et ſuper celos gloria eius ·
Obſecro itaque te gotzperte cariſſime
abba monaſterii ſancti galli · cunctoſque
fratres qui ſub te militie deſeruiunt ſpi
ritali · ut me orationibus adiuuetis · quatenus
et hoc opus et alia deinceps · digne deo
merear explicare Ita ſi gratanter
recte a nobis poſita ſuſcepericis · cle
menter vero titubancia correxeritis ·
et ſi dominus permiſerit huius operis agreſte
pulmentum · poſtmodum aliquibus metrorum
condimentis infundam Dignum quippe eſt.
ut tuis laudibus per orbem celebretur · que
de extremis orbis finibus ad noſtram

ſalutem dominus deſtinauit Bene valetem
et mei memorem paternitatem veſtram ·
in eternum ſancta trinitas conſeruare dignetur Amen

Explicit prologus

O pater o proles o ſpiritus alme
Vne et trine deus · nos miſerante rege
Me tua iuſſa ligant · tua me promiſſa gubernent ·
Luceat in dictis lux tua queſo meis
In te galle deum in domino te galle fatebor
Tu prome ſacras funde preces domino
Et venia noxis dictis moderamina preſtet
Quod nocet euellat · quod iuuat amplificet.

Incipiunt capitula ſequentis operis

i Quibus parentibus beatus gallus a pueritia
ſub magiſterio ſancti columbani uſque
ad ſacerdocii peruenerit dignitatem ii
Qualiter ſancti viri pro nomine domini peregrin
acione aggreſſi ad ſigibertum regem
peruenerint · et luxouium ceperint incolere ·
iii Qua auctoritate beatus columbanus theodo
ricum regem corripuit · et quibus odiis eum
brunnihildis de regno illo eiecerit ·
qualiterque ad lotharium regem · indeque
ad theodebertum cum ſuis peruenerit
iiii Quomodo opcione data querende
habitacionis ad tucconiam vener
int · et quid ibidem geſſerint ·
v Aduentus eorum ad willimarum
preſbiterum aput arbonam · et humanitas
eius · et brigancii commemoracio ·
vi Ut eundem locum adierint et quod igne tu
ipſi beatus gallus fecerit · qualiter oratorium
reſtaurauerint et quamdiu ibidem conſtiterint ·
vii Quas demonum voces gallus audierit ·
et quomodo idem error abſceſſerit ·
viii Machinacio et malicia incolarum
aduerſus ſanctos viros · et poſt pre
ceptum ducis · conſilium diſcedendi ·
viiii Qualiter diſcedentibus ceteris gallus
ob infirmitatem remanſerit · quaque
ſedulitate a willimaro preſbitero
receptus ſit et aput eum recreatus
x Inſinuacio hiltiboldi diaconi de loco ſolita
rie habitacionis quam vir domini deſiderabat ·
xi Quomodo cum diacono deſertum
penetrans optatum reperit locum · ſibi
que preelegerit et obediencia verſi.
xii Ut demonum fantaſmata in ſpecie mulierum

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%202v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%202v)